

PRÆFATIO AD LE-  
CTOREM.

**E**t spineta ad rosata per-  
que aspera ad astra ascen-  
dendum esse verum ac tri-  
um sermone est prover-  
bium, nemoque hoc ne-  
gabit, nisi qui ipsi contradicere velis  
experienciarum rerum omnium Magi-  
stræ: Nam quis est, qui ignoret viam  
ad virtutis & eruditionis palatium  
primò esse asperam durisque variisque  
errorum, laborum, vitiorumque la-  
byrinthis & spinis obsitam, ita ut  
multa ferre, facere, sudare & algere de-  
beat is, ad altiorem eruditionis gradum  
pertingere qui cupiat? sed quis etiam  
est, quem lateat fructus eruditionis es-  
se jucundos? proinde nucleus hunc  
edere qui cupit, nucem frangat necesse  
est, nihilque moretur graves & arduas  
curas remorasque, ut à viâ Virtutis re-  
giâ se deterrere patiatur, nihil etiam  
curet blandas voluptatum & vitiorum  
Sirenes, ad quas facilis datur des-  
lus,

A

sus, sed cum prudente Ulysse aures  
luto muniat Sapientia, ne per jucun-  
dam hanc dulcedinem ad detestandā  
amaritudinem, per fallacia hæc roseta  
ad execranda spineta, per voluptuosa  
hæc viridaria ab astris ad rastra deduc-  
catur ignominiosa. Cum itaque  
L. B. & ego spinosi. & asperi quid laboris,  
Juniperum videlicet, Tibi offeram, mo-  
nendum te esse putavi, ne à spinetis hisce,  
ut videntur, vultum benevolum pri-  
mò statim intuitu amoveas, aut for-  
mâ ipsius tenui satisque asperâ deter-  
rearis ab ulteriori virtutum ipsius  
consideratione, cum sub viliori etiam  
habitu ac palliolo latere interdum so-  
leat Sapientia; nec formæ, sed potius  
virtutis sit habenda ratio, credasque  
te, præter morem, ab hisce spinetis posse  
decerpere ficus uvasque sanitatis dul-  
cissimas; Propterea JUNIPERUM tan-  
quam vulgarem asperamque plantam  
ne contemnas, nec sola admireris exot-  
ica ac pretiosa, spem tamen sæpè fal-  
lentia, sumatusque perdentia medica-  
menta, sed potius hæc tibi sit chara,  
quæ non cara & rara, sed in patriâ ti-  
bi nascitur tellure, Deoque tuo gratias  
<sup>ad</sup> instaurabit, quæ ad salutem corporis  
tui

tui pertinere videntur, cumque domesticis morbos arecere liceat medicamentis, quid quo<sup>rum</sup> opus est exotica sine causa tam anxiè conquirere & s<sup>e</sup>pe talia, quæ temporis diuturnitate ac tempestatis injuriâ corrupta aut adulterata sunt? sicut præclarè hac de re loquitur *Sennertus lib. de consens. & dissens. Chirr. cap. 18. p. m. 664.* Tale itaque tibi sisto in *Junipero* medicamentum, quod in magnis variisque morbis certissimum est Asylum domesticum, tale, inquam, quod Panaceæ nomine reverè sit dignissimum, tale, quod curiosam virtutum suarum disquisitionem & admirationem prob<sup>c</sup> meretur: Propterea & ineffabilis *Juniperi* utilitas atque incomparabilis ipsius dignitas me movit, ut COLLEGIO NATURÆ CURIOSORUM NOBILISSIMO præter meritum associatus hanc præ aliis elegerim vegetabilibus deque illa TRACTATUM CURIOSUM, hoc est ad normam & formam S. R. I. COLLEGII NATURÆ CURIOSORUM elaboratum, conscripserim, quoniam hic locorum tam frequens usus est *Juniperi*, ut omnibus ferè morborum generibus debellandis tanquam universale opponatur medicamentum & hæc

A 2 etiam

etiam fuit occasio naturam & Vires  
Juniperi partiumque illius melius co-  
gnoscendi, dum enim consuetudinem  
hominum ut alteram naturam imitari  
ægrisque medicamenta asveta exhi-  
bere commodum judicarem, Junipero  
in exhibendis medicamentis, tam per  
se, quam aliis admixtis, in primis sum  
usus, quæ opinio etiam me non fecel-  
lit & Juniperus partesque ejus spem &  
expectationem cum meam tum ægro-  
rum, non expleverunt solum, sed potiū  
ut candidè loquar, superarunt,  
unde tantò cum succisu, sicut ex infrā  
dicendis patebit, Juniperinis usus sum  
medicamentis, nec observationes de  
illis effectusque propriâ finxi auctori-  
tate, sicuti falsa de Viris optimè me-  
ritis Calumniatorum & Momorum  
audivi judicia & inanes calumnias,  
velex proprio iam medicamentorum  
excogitavi formulas cerebro, DEUM  
enim τὸν ναεδογγωτόν meamque te-  
storum conscientiam omnia non aliter  
esse gesta & exhibita præparatae,  
meque nihil reticuisse aut occultasse,  
sed omnia sic evenisse prout annotata  
B. L. inveniet, quæ omnia, ut & mul-  
ta alia hactenus à me nesci, nec A-  
miciissimis communicata, iam candidè  
revelo

PRAEFATIO AD LECTOREM.

revelo & comunico, sperans, quod  
licet exiguus hic meus labor parum  
laudis, candor tamen meus aliquid si-  
meriturus commendationis Quod  
autem ex aliis multa addiderim Auto-  
ribus, non ad ostentationem illud ope-  
risque prolongationem factum est,  
sed ideo praestantissima quæque ex  
Autoribus collegi & elegi, ut meæ de  
Juniperæ qualescumque observationes  
majorem fidem acquirerent & testi-  
monio quasi aliorum confirmaren-  
tur, maximò itaque B. L. rogo quæ-  
soq, opere, ut hoc in pejorem partem  
ne rapiat, siquic voto & expectationi  
non satisfaciāt, cogitet

*in rebus magnis & voluisse satis:*

Hisce fruere B. L. & Vale, siquic hæc  
placuerint meliora imposternum ex-  
pediat.

Te verò supplex superi ô Regnator Olympi  
ore animoque precor nostris benediscere cæptis  
ne dedigneris, mentem Tua gratia nostram  
instruat & quæjam. Duce TE, presente li-  
bello

illa edet faxis nunc inlaudesque decusque  
nominis hæc vergant divini & plurima pre-  
stent  
commoda terrigenis, id enim nostra unica  
meta est:

A 3

Sis

Sic porrò facilis mibi proprieusque Creator  
omnibus est votis, frustra frenidente cohorte  
invidie stimulis agitata, adscribere FIAT  
atque audire vocem servine, queso, recuses.  
Sic nomen laudesque Tuas cantabo per a-

vum,

quando diem seruus componet vesper Olympo,  
et quando surget lecto Tithonia conjux  
ac rosea Lucem claram dat lampade terris.

CAP.